

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 1015
	1013
	1019
	1009
442	
cum elephante, quem vincit cornu petens in molliori parte corporis, et ut dictum est, virginis miro modo veneratur.	1024
Pompejo magno fuit unus unicornus Romam adductus pro spectaculo, ut dicit Albertus de animalibus. Longam ergo moram fecimus sub monte, in quo bestia stabat, et videbatur nobis, quod sicut ejus aspectus fuit nobis delectabilis, sic et aspectus noster sibi, fixa enim stabat bestia, nec fugit nisi nobis recendentibus.	1004
In processu pastorem vidimus minantem gregem per crepidinem montis, quod mirabile fuit in oculis nostris, eo quod diu hominem non vidisemus, aut bestiam saltim domesticam. Deinde in locum venimus, in quo deprehendimus habitasse noviter Arabes, quia adhuc stabant ibi aliqua tuguriola de sarmentis, alia erant combusta, quorum ignis nondum ad plenum exstinctus erat, timuimus ergo, ne forte nobis in aliquo loco occurrerent, sicut et accidit, ut patebit. Die ad vesperascente desertum Schoyle dictum ingressi sumus et in valle non parva tentoria fiximus et diligentiori cura nocte ista vigilavimus, ne Arabes super nos repente irruerent.	1064
Gravis deserti diaeta.	0964
Die XXI., quae est Matthaei apostoli et evangelistae, quae erat dominica XVI. post Trinitatis, summo mane a Schoyle recessimus et per vallem satis amoenam ascendimus habentes petrosos montes ad utrumque latus et valde excelsos, et erant montes isti insuetae et mirabilis formae, quasi essent cascati, et terrae fundus limosus et graminosus. Accipi autem faciliter potest forma et dispositio illorum montium in subjecta fictione poetica, ita tamen, quod ponantur montes ceteriores fuisse ante hos anteriores. Siquidem Diana, montium dea et venatrix rhinocerotum, et praeses viarum, a littoribus maris Erithraei venit in terram Madian vecta currus pretiosissimo, quem albi cervi trahebant, tendebat autem in altissima montana, quae veteres Orchades nominabant, nos vero eos post datam Moysi legem Oreb et Sinai dicimus, et ibi venari volebat. Dum autem in locum hujus vallis, qui nondum vallis erat, venisset, impeditus fuit cursus cervorum currum suum trahentium, (b) quia	1114
	0914
	0514
	0014
	Ende
	Anfang